



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 31. Oratio de reformanda Ecclesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. num esset; respondit autem Promotor no-  
 A.C. 1417. mine Cæsaris; declaratione Gersonii Co-  
 mitem Armeniacum non satis obstringi,  
 cum proprium ipsius mandatum defi-  
 ceret. Ad quod idem Promotor publi-  
 ce Comiti refragatus est, eoquod Sacra-  
 mentum, quo se Narbonnense pactum ob-  
 servaturum promiserat, non adimpleve-  
 rit. Habito sermone per Dominicanum  
 de Valleleti, sessio finita est.

## §. XXXI.

*Oratio de reformanda Ecclesia.*

*Vonder  
Hardt to. I.  
part. 16. p.  
823.*

Imperator junctis Germanorum, & An-  
 glorum studiis Ecclesiæ reformatio-  
 nem Electioni Papæ præmittendam esse,  
 constanter tenuit, contrariam sentientibus  
 Cardinalibus, Italos, Gallis, atque Hispa-  
 nis. Hunc in finem quidam Doctor, no-  
 mine Stephanus de Praga (forte hic non  
 erat aliis quam Stephanus Paletz) die vi-  
 gesima septima Junii de Reformatione  
 orationem habuit, in qua satis libere ex-  
 posuit, quam necessaria esset Ecclesiasti-  
 cæ disciplinæ restauratio; demum Cleri-  
 corum vitia præcipue Simoniam prolixo  
 sermone infectatus est, adhortans Patres,  
 ut Pontificis electione non exspectata, re-  
 formationi operam darent. Hæc oratio  
 Cardinales, qui contrariam fovebant opi-  
 nionem, non parum irritavit. Quapropter  
 Itali,

Itali, Galli, & Hispani in quodam Natio- Sæcul. XV.  
nali conventu Imperatori libellum porre- A.C. 1417.  
xerunt, petentes, ut Synodus de forma  
Papam eligendi Decretum conderet, eo-  
quod Cæsari in caffis Ecclesiasticis de-  
cernendi, nullum jus esset. Magna ani-  
morum contentione hæc cauffa agitata  
est, sed conclusum nihil.

§. XXXII.

*Imperator Cardinalium dictis acquies-  
eere videtur.*

Nihilominus Imperator Cardinalium  
sententiae cessisse videtur, nam ro-  
gatus die octava Julii, ut publicas suppli-  
cationes pro obtainenda Ecclesiæ saluta-  
ri electione indiceret, consensit, jussitque  
Constantiensem Magistratum, ut ejusmo-  
di preces, ac pietatis opera ad proximam  
diem Dominicam decerneret.

§. XXXIII.

*Tractatus Gersonii contra Flagel-  
lantes.*

Ad idem tempus refertur tractatus qui- *Gerson. to. g.*  
dam Gersonii contra Flagellantum p. 660.

sectam, cuius jam supra meminimus, &  
adversus omnes, qui publicas flagellatio-  
nes subeunt, licet nulli sectæ adscripti es-  
sent. Præprimis observat, quod lex Chri-